

potestate, quam ipse habet pro predictis tenere instrumenti publici scripti manu Thome⁹ Ott[onis¹⁰ notarii anno] presenti die trigessima¹¹ aprilis. Igitur nostrum Imperium cum predictis nobilibus uenit ad infrascriptam pacem ut infra.

1. Primo uidelicet quod firmauimus¹² con[uentiones nouas] et ueteres, que sunt inter Imperium et comune Janue, cum reseruacione tamen, quod pax et ea pacta, gesta per dominum amiratum cum Orcanibey a[mirati, sint] firma non obstantibus conuentionibus predictis.

2. Item per pactum Imperium nostrum de gratia domationem facit comuni Janue de Gallata cum terreno, prout fossatum tendit usque ad castrum sancte Crucis et ultra dictum fossatum gubitus¹³ centum, infra quos¹⁴ non possit hedificium latinum uel grecum nec aliqua alia nouitas fieri. Ita quod¹⁵ gubitus¹⁶ centum isti sint in facie incipiendo a capite Gallata usque ad castrum sancte Crucis recta linea et a castro sancte Crucis usque ad turrem Trauerere.

3. Item extitit per pactum et promissum per Imperium nostrum, quod galleis aliquibus catalanorum et uenetorum, que uenirent in Constantinopoli, non debeat ipsum¹⁷ Imperium nostrum seu greci dare aliquod refrigerium uel¹⁸ receptum, nec dimittere eos ponere scallam¹⁹ nec in aliis forensibus castris secundum²⁰ potenciam²¹ dictorum castrorum. Ita tamen, quod in illis castris in quibus non est potencia deffendendi²² se ab illis galleis, si ille gallee ibi refrescamentum acciperent, non intelligatur propterea destructio pacis uel contrafecisse nostrum Imperium iuramento nostro. Hec autem habeant locum durante guerra inter catalanos, uenetos et januensses.

4. Item extitit per pactum et promissum per Imperium nostrum, quod si casus adueniret, quod in nostro Imperio uel in aliqua parte ipsius uel etiam in Constantinopoli quod aliqua briga uel rissa²³ uel offenssiones fierent inter catalanos, uenetos cum januenssibus et januensses cum catalanis et uenetis, quod greci ipsius Imperii aequaliter²⁴ non debeant de ricta rixa uel briga se impedire. Et si quis dictorum grecorum se impediret de predictis, banniatur ab Imperio nostro uel puniatur per nostrum Imperium. Tamen debent capitanei nostri in locis illis Imperii ubi se inuenirent, quod²⁵ esset briga uel rixa inter predictos januensses, uenetos et catalanos, tenere eos qui facerent brigam et mitere januensses quidem ad potestatem Peyre, uenetos autem ad bauillum²⁶ uenetorum.

5. Item extitit per pactum, quod si gallea catalanorum uel uenetorum ueniret in Constantinopoli durante dicta guerra cum bauillo²⁷ uenetorum uel aliquo ambaxiatore, quod eo casu tunc²⁸ ponetur scalla²⁹, non intelligatur contrafecisse pacem.

6. Item extitit per pactum, quod Imperium nostrum occasione dicte pacis dare debeat dicto domino amirato omnes januensses, quos habent nostri greci in Imperio et quos etiam Imperium nostrum habet carceratos uel detemptos, et libere eidem domino amirato eos dimitat³⁰, et similiter dominus amiratus libere dimitat omnes grecos quos habet in comune tantum et qui sunt in comuni.

7. Item extitit per pactum, quod Imperium nostrum non debeat ponere uel accipere comergium³¹ a greco qui emat mercimonia a januensse, et si esset in conuentionibus, quod possit uel debeat recipere dictum comergium³², quod non accipitur³³, nisi accipiat generaliter a nostris grecis ementibus ab aliis grecis mercimonia, et similiter faciat comune ianuenssibus suis ementibus mercimonia a grecis.

8. Item extitit per pactum, quod si aliquis grecus uendiderit in Peyra uel in burgis unum, quod comergium³⁴ impositum secundum ordinationem sindicorum communis³⁵ huiusmodi grecus debeat soluere prout alii januensses et similiter comergiarum Imperii nostri coligant et accipiant impositum per nos comergium a januenssibus unum uendentibus in Constantinopoli prout ab aliis grecis. Et predicta locum habeant durante guerra catalanorum et uenetorum cum januenssibus uel quousque comergium unum esset disobligatum si pignoraretur occasione³⁶ dicte guerre.

⁹ R tome ¹⁰ SZGR Octonis ¹¹ R III ¹² SZR firmamus. ¹³ SZ cubitorum
¹⁴ SZGR quod ¹⁵ SZ Itaque ¹⁶ SZ cubitus ¹⁷ SZ istum ¹⁸ SZR nec
¹⁹ SZ stalam ²⁰ SZ sive ²¹ SZ patenciam Z в аппарате указывает: lege potencia
²² SZ deffendi. ²³ SZGR rixa ²⁴ SZRG aequaliter стоят после non debeant
²⁵ SZ quibus ²⁶⁻²⁷ R bauillum ²⁸ S sit hunc ²⁹ SZ poneret stallam; GR scallam
³⁰ demittat. ³¹⁻³²⁻³⁴ SZ comerchium R comerihium ³³ GR accipiat ³⁵ SZGR
следует Janue ³⁶ SZ occasione отсутствует и точками обозначена большая лагуна
в тексте, которой на самом деле не существует в рукописях